



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, 1664**

Disputatio XI. De Diuinis nominibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)

Non ergo potest Spiritus alia loqui, quam ille, cuius Spiritus est. Cuius appellationis rationem sic reddit. Nyssen. epist. contra Apollinar. de imagine, & similitud. vers. med. Mens neque caret causa, neque est genita, sed ex processione oritur: unde quaque discurrens, & cuncta despiciens, & inuisibiliter petraçans ad imaginem, & similitudinem sanctissimi, & per processionem orti Spiritus, de quo dictum est. Spiritus omnia sentatur. Secundo appellatur facies ab eodem Cyrillo sic. cap. 2. ex psalm. 138. Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam. Sed nomen hoc aptius, atque vtitius est filio. Tertio appellatur complementum, nempe Trinitatis ab eodem 14. Thesau. fin. & c. 14. post med. à Basil. lib. vnic. de Spiritu S. cap. 18. ante med. Isidor. Pelus. lib. 1. ep. 109. Anaist. Synair. de rectæ fid. dogm. longè à principio. Quarto appellatur Vinculum Trinitatis, ab Epiphano. hæresi 62. med. idem autem est quod communicatio, & communio, ut appellatur, 2. Corint. 15. & Fulgent. q. 4. ad Ferand. Isidor. 7. Etimolog. c. 3. Aug. 6. de Trinit. cap. 5. & 10. circa med. ubi etiam complexum Patris, & filij vocat. Quare Epiphano. hæresi 74. solum negat Spiritum S. esse coniunctionem accidentariam Trinitatis, ut hæretici volebant. Hæresi autem 62. signaculum confessionis Trinitatis. Spiritum S. dixit: quia eius confessione clauditur, ac reuincitur Trinitatis confessio. Scio Naz. orat. 3. ad 150. Episc. sub med. hæc scribere: Vnio Pater est: ex quo, & ad quem ea, que deinceps sequantur. Personæ procedentes referuntur: non ut confundantur, ac permisceantur, sed ut coherant. Sed solum vult ex eo, quod originariè ab illo procedant, vnus essentiaæ esse cum illo, non autem illum esse vnionem ipsorum.

3 Quinto vocatur sigillum Spiritus S. à Nysseno lib. post de Trinit. ad Eustachium vers. fin. Cyril. 13. Thesau. cap. 3. col. penult. lib. 14. cap. 4. circa med. Ambr. 1. de Spiritu S. cap. 6. Athanas. epist. longiori ad Serapion. ex illo ad Ephes. 1. Signati estis Spiritu promissionis sancto, & ex 2. Corint. 1. quia gratia dono, tanquam carathere electos sigillat quare diuersa ratione, ac filius sigillum dicitur, quia Patris imago. Sexto appellatur unguentum à Nyssen. ibi Cyril. cap. 3. Ambros. cap. 7. & Athanas. proximè. Vnde & appellatur septimo odor ab eodem ibi, & epist. Admirabile, ad Serapion. longè ab init. ex 2. Corint. 2. Christi bonus odor sumus. & Dialog. 1. de Trinit. vers. med. ex Iob. 27. Dones superest halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis. atque à Cyril. 11. in Ioann. c. 1. fine, ubi ait esse odorem Christi, & Dei, non vnium ab eius substantia; & c. 2. post multa in eandem sententiam hæc habet: Quasi enim odor substantiaæ Dei est vnus, atque actiuus: adeo ad creaturas, que Dei sunt transportans, ac participationem eius immittent. Nam si aromatum odor propriam virtutem eorum vestibus relinquit, & transmittit, quodam ad se ipsum modo, ea, quibus adhaeret: quomodo Spiritus S. participes diuinae nature non efficiet.

4 Octauo Dei virtus: dicitur ut supra vidimus. Nono Dei qualitas, è cuius gustu percipitur quid Deus ita Cyril. 13. Thesau. cap. 3. med. lib. 14. c. 1. fine 6. Dialogor. de Trinit. col. 5. ubi hæc: Spiritus S. quasi qualitas sapientis diuinitatis, Decimo aqua dicitur: tum, quia seim explet, ut Christus ad Sa maritanam aiebat: tum quia gratia lauat: tum quia largè diffunditur Isai. 44. & 55. Ezechiel. 36. Ioann. 4. & 7. Vndecimo ignis nuncupatur: primò ob efficaciam inflammandi ad charitatem: secundò ob vim purificandam, & transformandam: tertio propter significationem acceptandi sacrificium, quæ in igne est, Genes. 15. n. 17. leuit. 9. n. 24. Iudic. 6. n. 21. Reg. 3. cap. 18. ideo actor. 2. Apparuerunt illis dispersis lingue, tanquam ignis. Dum Spiritus S. aduenit in Pentec. Hinc ignem Spirit. S. venit Christus in terrâ mittere, ut de testatur Luc. 12. iuxta Chrysof. hom. 6. in Matth. Hier. Matth. 3. & Ezechiel. 9. Ioelis 2. & Isai. 66. Ambr. in Luc. 12. Aug. serm. 188. de temp. & 185. Prosper. de prædict. p. 1. cap. 34. M. Greg. hom. 30. in Euang. ac lib. 2. 5. & 3. in Ezechiel. Insuper quod Matt. 3. Bapt. dixit: ipse vos baptizabit S. S. & igne. actor. 1. Chrystus dicit: Vos autem baptizamini S. S. Hinc eleganter, & acurè Naz. orat. 49. de fide col. aut ait, ideo Deum Hebr. in col. nubis, & ignis ductas. ut baptisimi gratiam, & donum S. S. per ignem ostenderet. Vnde & Ap. ost. in nube P. baptizatos scribit, & S. sicut ignem esse. Apostolorum acta declarant.

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo vno & Trino.



DISPUTATIO XI.

De Diuinis Notionibus.



NOTIO vniuersim notitia, seu cognitio est, iuxta Cicer. 1. de legibus strictius autem est notitia rem vnã ab alia distinguens: teste eodem 4. Academicar. & Boetio ad 3. Topicor. strictissime est notitia personam vnã ab alia eiusdem nature discernens, iuxta Cicer. 3. de officiis; Nyssen. orat. Cateche. init. Vnde affinitatis iure ad cuiusque personæ propria nomina significanda notio sumitur apud Aug. 11. de Ciuit. c. 10. sub init. quoniam verò plura cognitionum nomina earum obiectis accommodantur, ut vox conceptus, quæ obiecta etiam concepta significat: notionis nomen ad obiecta notitiæ discernentis vnũ ab alio iam vsus adprauit. Cum autem notio, seu notitia distinguere possit vnũ ab alio non eiusdem nature cũ illo, iuxta secundam notionis acceptionem, notio pro obiectiua formalitate vsurpata sumitur etiam pro formalitate diuersa eius, quod cum alio natura non conuenit: sic quamuis formalitatem diuinam, qua personæ diuinæ à creaturis differunt notio appellatur à Basil. ep. 43. ad Nyssen. longè à med. à Nyssen. de Trinit. ad Eustachium ante med. & ad Ablab. quod non tres Dij vers. med. Naz. orat. 35. 5. de Theolog. inter med. & finem. Verum in re præsentis strictissime accipitur à Theologis pro formalitate obiectiua, qua personæ nature eiusdem se differunt dignoscique vnã ab alia possit, tanquam nota, sigillo, caracthere, vel insigni proprio. Vnde constat non posse notionem personæ considerari in quo natura communis inuoluitur, sed in abstracto formaliter, & præcisè, vt rectè adnotat S. Thom. 1. p. q. 32. art. 2. Tria ergo examinanda de sic acceptis notionibus erunt. Primum an sint in diuinis. Secundum an à proprietatibus personalibus differant: Tertium earum notionum numerus.



QVÆSTIO I.

An sint notiones in diuinis.

PRÆmissa notionis acceptione vix quæstioni, & opinionum diuersitatis locus esse videbatur, nisi à consilio, dataque vt aiunt, opera à vero homines aberrarent.

CERTAMEN I.

Dantur notiones in diuinis à Patribus.

PRÆpositius apud S. Thom. citato art. 2. docet ex parte obiecti notiones, siue proprietates personales formaliter à personis ipsis diuersas nusquam esse in diuinis. Cui ad stipulari videntur Mariar. 1. d. 26. q. vnica, Gregor. ibi & d. 27. q. vnica. art. 2. Gabr. d. 28. q. vnica. art. 3. concl. 5. dum asserunt proprietates personarum, & personas solũ ex parte modi significandi differre: additque Gabriel in rigore, nec quatuor, nec quinque notiones in Deo esse admittendas. Qua in re ita eum interpretatur Ruijz. d. 46. sect. 2. vt solum negat notiones esse quatuor, vel quinque res in Deo quia, vt vidimus d. 6. q. 1. rei conceptum in diuinis multiplicari negat: atque ex alia parte inter relationes, seu personalitates, & essentiam distinctionem formalem, etiam ex natura rei ante opus intellectus admittit, vt vidimus d. 8. q. 2. cert. 1. n. 2. ac tandem idem Gabr. art. 2. & 3. citato notiones abstractè significatas in Deo concedit. Verum interpretatio hæc minimè placet: nam eo sensu negare deberet tres personales proprietates, seu notiones, sicut quatuor negat: quia in eius sententia, nec

Cc 2 ad

ad ternarium numerum multiplicatur rei seu entis prædicatum. Mens igitur Gabrielis, Maioris, & Gregorij longè alia est: nempe ex parte rei obiectæ nempe Dei non esse formalem distinctionem notionis seu proprietatis personalis à persona, sed solum ex parte modi concipiendi, & significandi iuxta suam, & reliquorum nominalium doctrinam negantium præcisiones obiectiui in res realiter eiusdem prædicatis.

2. Quidquid autem de horum mente sit notiones reliqui Scholastici in diuinis nostro sensu admittunt. Magist. in 1. d. 26. cap. 4. d. 28. cap. 1. Scotus verobique q. 1. sub init. & q. 1. ad 3. Carthusian. cum Alti-fiodorensi q. 4. Duran. q. 2. n. 6. & 7. S. Bonau. art. vnic. q. 4. d. 33. art. 1. q. 3. & 4. Ricard. d. 26. art. 4. q. 2. & d. 28. art. 1. q. 1. Capreol. q. 1. art. 1. concil. 7. & 6. Argent. d. 27. q. vnic. art. 1. Aureol. d. 29. art. 1. sub init. & circa fin. Marfil. in 1. q. 29. art. 1. S. Thom. vbi proximè ab art. 2. vbi Caiet. Molin. Val. Vazquez. Canar. atque interpretes reliqui. Albert. p. q. 39. m. 2. art. 1. part. 2. & 3. Alex. q. 68. m. 3. & m. 5. art. 6. Henricus 2. p. art. 55. maximè q. 4. Soar. 5. de Trinit. cap. 9. & lib. 7. cap. 1. Ruiz vbi proximè n. 5. Galpar. Hurtad. d. 5. diff. 5. Zuniga Perez. & alij. Porro oppositam sententiam errori proximam censet Ruiz. d. citata lect. 1. n. 12. vbi ait: *notiones in diuinis conuenienter, atque fidei proximè inductas esse.* Sect. autem 4. aduersam sententiam temerariam, theologiceque disputationibus perniciosam appellat. Ego verò de more mitius cum aduersa opinione agam, neque temerariam adhuc censo: video enim negatis præcisionibus obiectiui, vt à plerisque antiquis, & recentioribus. Scholasticis negantur, notiones eo sensu, quo à nobis, & reliquis asseruntur defendi minimè posse: quare negantem sententiam theologice disputationibus perniciosam iudico, sicut in logica negantem præcisiones obiectiui, & theologice, & philolophice aduersam iudicauim. In præpositiuium autem, qui obiectiui præcisiones non negat, temeritas censura meritò cadit imò in nominales etiam, si eiusmodi notiones & seu notas personarum fuit quamque personis identificatas ex parte obiecti negent, atque fundamenta esse, vt vna, Personæ ad alia earumque munera formaliter cognitione nostra verè dignosci possint inficientur.

3. Probatur ex scriptura vbi nominatur persona Patris, & filij, in quibus nequit non abstractum Paternitas, & filiatio contineri, imò & exprimitur à Paulo Ad Ephel. 3. n. 15. *Ex quo omnis Paternitas in cælis, &c. quin, & si non ita expressis vocibus contineretur in scriptura, ex illa inferri satis esset, vt à Theologia tota, & notionis significatum, & nomen admitteretur.* Sed quoniam hæc, & similia de notionibus formalibus, non obiectiui explicari à nominalibus possent: succedant Patres, qui ex parte obiecti cogniti aperte notiones in diuinis admittunt. Iustin. exposit. fidei de Trinit. pagina 2. *Illud ingenitus, & substantie modus notæ sunt, quibus interlinguuntur Pater, & filius, & Spiritus S. Sic vertit Gelenius langus vero Silesius hoc modo: Veluti sigillum quoddam ingenti verbum proprium Patris statim substantiam designat: rursum tanquam quoddam signum geniti appellationem audientes filij concipiunt notionem.* Pergit inferius Iustinus: *Dum geniti vocabulum, quasi notam quandam audimus, mox cogitamus filium: quem admodum, & per precedentis notam Spiritus propriam personam dicimus.* Nyssen. de different. essent. & hyposthaf. longè à principio: *Solum modo requiremus ea quibus vnusquisque notio dilucida, & absque mixtione, & ea, que vna consideratur segregetur.* Et versus medium signa, siue insignia, quibus personas dignoscimus recenset: ac versus med. *Hoc signum continet Spiritus S. quo eas, que circa hyposthalm consideratur agnoscimus, &c. & filius hoc habet in signe &c. Nam si filius unigenitus in modum ex non genito lumine emittens, atque relucens nullam (quantum attinet ad propriam notam, & peculiare in signe) communionem habet, vel cum Patre, vel cum Spiritu S.*

4. Alexander Alexand. epist. ad Alex. Constantinopolitan. col. 5. *Notas, inquit, ex quibus filius agnoscitur.* Cyrill. Alex. i. Thesau. cap. 5. circa med. *Generare notio Patris est.* Et cap. 6. circa med. *Notio perfectionis sacunditas*

est. Athanas. q. 7. de natura Dei: *Tria propria, tria individua, tres caractheres.* Damasc. epist. de Triflagio pag. 2. *propria cuiusque persona vocat ostensa hyposthascos & circa med. Caractheristicas vnus cuiusque hyposthascos proprietates, de decretis primæ institutionis: Proprietatem caractheristicam, id est, insignitam, 3. ad cap. 6. sub init. sunt caractheristicæ, signalesque proprietates. & cap. 7. longè ab init. Dei vbi filiationis caractheristicam, & discretiuam proprietatem, secundum quam discreta est à Patre, & Spiritu. Tertullian. cap. 2. contra Praxam: *Tres sunt non substantia, sed forma, non potestate, sed specie: quia vnus Deus, ex quo gradus isti, & forma, & species in nomine Patris, & filij, & Spiritus S. deputantur.* Sed omnium præclarissimè, ac frequentissimè in hanc sententiam loquitur Basilus: Sic enim habet. 2. contra lunom. vers. fin. *Proprietates, ac notæ, quasi caractheres quiddam, & forme in substantia inspecta, distinguunt quidam, quod commune est, appropriatis caractheribus. infra: Proprietates declaratione notionum, tanquam lucem animis nostris imponentes, ad comprehensibilem mentibus intelligentiam ducunt. Nam, cum vna Deitas sit, impossibile est propriam notionem Patris, vel filij capere, nisi proprietatum accessione cogitatio nostra confirmata sit.**

5. In eandem scripsit sententiam 4. contra lunom. cap. 2. & epist. 43. ad Gregor. Nyssen. maximè à medio proprietates sæpè ad eò notas, & caractheres personarum appellans, vt huc calamo toties transcribere longum sit: Sed aliqua tamen ex ea epistola transcribemus. *Necessarium est, (inquit) vt per proprias quasdam notiones inconflua habeatur in Triade comparatio, inferius: cause Patris insertam habet essentiam Spiritus sanctus, vnde, & proceditur. Hanc notionem, & cognoscibile signum eius, que secundum hyposthasim est, proprietatis habet, quo cum filio simul, & ipse se facit internosci. Post pauca: Nullam profus notionum communicationem secundum proprietatem suam, tam cum Patre, quam cum Spiritu S. habet, (filius) sed ex dictis iam signis solus agnoscitur. Pater verò, qui super omnia Deus est, peculiarem hyposthascos sue notionem solus habet, quod Pater est, & quod ex nulla omnino causa subsistit: atque isto iterum iudicio, & ipse proprie, ac separatim agnoscitur. versus finem: formam filium esse dicit Paulus hyposthascos non in propriis sed in patris indicis, ac notionibus designatum. Demum lib. vnic. de Spiritu S. cap. 5. ad id 4. ad Ephel. *Vnus Deus, & Pater, ex quo omnia &c. scribit: Has voces notare personarum discrimen. Nec enim in hoc adhibetur, vt natura distinctam inducant, sed, vt impermixtam Patris, & filij notionem approbent.* Ex quibus omnibus, & singulis arguo. Forma, species, signum, caracther, insigne, ac nota, quibus vnaqueque persona ab aliis distincta dignoscatur synonymæ voces sunt notionis obiectiui in abstracto à Theologis definitæ, atque in diuinis admittæ: atque ea omnes à Patribus vno ore admittuntur in diuinis: ergo notiones ab eisdem in diuinis admittuntur: quin propria voce notiones in diuinis admittant sæpè recitatis locis Patres.*

CERTAMEN II.

Veritatis eiusdem probationes relique.

1. Probatur secundo: quia cuiusvis rei ratio propria nec alteri conueniens abstractum est vltima abstractione proprium illius, quo ab aliis dignoscatur, atque in quavis persona diuina est ratio propria, nec alteri conueniens: ergo in quavis persona est abstractum vltima abstractione ipsius proprium, quo ab aliis dignoscatur. Quod ipsum est notio, quam in diuinis asserimus. Minor sola probatione in desideret fortasse. Dabo ex Nazianz. orat. 29. de dogmate, & constitut. Episcoporum sub med. sic scribente: *Ita nobis proprietatum ratio constabit, si Patrem quidem principij expertem, & principium cognitionis, ex Athanas. orat. 2. contra Arrian. circa med. Paternitatis ratio, ex Nyssen. lib. ad Ablab. circa finem: Alia est ratio, quæ quid est essentia, alia eius, quod quomodo est personatum.* Pseudo Cyprian. de Cardinalibus Christi operibus cap. de natiuit. versus finem: *spiritum infundens Discipulis, Christus,*

Christus, generationis, & processionis intimans rationes, subtiliter adstruens personarum proprietates. Confirmatur: quia Patres, ut hanc veritatem apertius traderent proprie tales personarum abstractis nominibus, sapè adiuventis, explicarunt. Alexand. Alex. citata epist. col. 5. eius filias, ut ita dicam. Nazianz. orat. 29. in sancta lumina circa med. n. 24. Spiritus sanctus procedens à Patre, non tamen filiationis modo, nec generationis, verum processionis. licet enim perspicuitatis gratià nomina fingere. Basil. 4. contra Iunom. cap. 2. sub init. Innascibilitas ad nascibilitatem filij ex opposito distincta. Damasc. fid. cap. 9. longè ab init. ignascentiam Patris dixit, & post med. Hoc scire oportet: nomen Paternitatis, & filialitatis, & processionis non esse ex nobis ad beatam illam divinitatem transfatum. Hilar. 4. de Trinit. longè à med. Proprietate videlicet in unoquoque, & innascibilitatis, & originis, lib. 9. med. Paigenitus Deus ex perfecta, atque inerrabili nativitate subsistens. lib. 11. col. 4. filium: Beate naturæ plenissimam formam, & innascibilis substantie unigenitam nativitate appellat. similibusque abstractis proprietates personales explicavit lib. 12. col. 4. ac verè med. August. serm. 38. de temp. à med. Pater solus est in paternitatis persona. Concil. Toletan. 11. profess. fid. post med. Est unicusque persone manens sua proprietate. Pater enim eternitatem habet sine nativitate: filius eternitatem cum nativitate, Spiritus S. processionem sine nativitate.

2. Sed dies, & calamus me deficient, Patres similiter vbiuis loquentes recitantes. Recitavit cert. 1. aliquos, plures verò disp. 7. q. 1. cert. 4. n. 6. & q. 2. cert. 2. n. 4. vide in super Dionyl. 2. de diuin. nomin. vsque ad med. Athanas. Dialog. 1. de Sancta Trinit. post med. & q. 5. & 6. de natura Dei. Nazianz. orat. 23. in laudem Heron. versus fin. orat. 25. ad Arrian. & de seipso sine orat. 29. de dogmate & constitut. Episcoporum. circa med. & infra orat. 22. ad 150. Episcopos post med. orat. 37. 5. de Theologia longè à principio & vers. fin. Nyssen de different. essentia, & hyposthaf. præcipue col. 2. ad vers. med. & infra & epist. aduersus Apollinar. longè à principio, de Trinit. ad Eustachium col. 2. lib. ad Ablab. post. init. Basil. homil. 25. de fide med. 28. contra Sabellian. vers. med. tract. de vera, & pia fide longè à med. epist. 43. ad Hyffen, maximè circa med. & infra, lib. 1. & 2. contra Iunom. vers. fin. lib. vnico de Spiritu S. cap. 18. post init. Cyrillus. Alex. 1. Dialogor. de Trinit. longè à med. & sine lib. 2. col. 2. lib. 5. col. 5. fin. lib. 6. Dialogor. 4. lib. 7. circa med. & infra 1. in Ioann. cap. 4. circa med. Chryst. homil. de incomprehensibili Dei natura col. 2. Epiphani. heres. 37. circa med. Damasc. 1. fidei cap. 9. sub init. & fin. cap. 11. longè à med. lib. 3. cap. 5. & 7. orat. 1. de nativ. Beatæ Mariæ 1. de decret. primæ institutionis cap. 13. & 4. de duabus Christi voluntatibus sub init. Theodoret. Dialog. 1. inmutabilis col. 1. 2. de principiis col. penult. atque in id ad Habros 1. figura substantie. Isidor. Pelus. lib. 2. epist. 142. & 143. sine lib. 3. epist. 12. sub init. & 145. & 149. Anastas. Synait. 1. de rectis fidei Dogmatibus col. 7. Thalas Hecatondate 4. n. 87. ex latinis Hilar. 4. de Trinit. longè à med. lib. 11. sub init. lib. 12. med. Ambros. in symbol. Apostol. cap. 10. sub init. & 11. med. Aug. serm. 38. de temp. à med. 3. contra Maximum cap. 10. sine q. 60. ex octaginta tribus sub init. Fulgent. de fide ad Petrum cap. 1. longè à princip. Anselmus de Incarnat. verbi cap. 3. Bernad. lib. 5. de considerat. ad Eugen. sub med. Tertullian. contra Prax. cap. 11. sine Ricard. Victor. 4. de Trinit. cap. 15. & sequentibus ex Concilio Constantinopol. 1. generali 2. ante init. epist. ad Damasum, Damascus ipse in simbolo apud Hieron. tom. 4. Sophon. Patriach. Constantinop. 6. Synod. act. 11. col. 3. & 4. Ioannes Par. lib. de duabus natur. post init. Concil. lateran. cap. firmiter de summa Trinit. Florentin. sess. 18. post med. S. divina substantia, S. dixi equidem, sess. 19. col. penult. & vit. toraque Ecclesia præfatione de Trinitate.

3. Hinc constat robur rationis alterius datæ à S. Thom. art. 2. corp. Heretico enim, inquit ille, roganti, quo differant Pater, Filius, & Spiritus S. nequit responderi exactè nisi per proprietates significatas abstractè. personæ siquidem in concreto sunt, quæ distinguuntur, non distinctiua, siue rationes distinguendi: ergo pro-

prietates abstractè, & præcisè ab essentia obiectiua præcisione, vel formali saltem admittendæ sunt à Theologia tota, cuius & exactissime responderè: ex autem proprietates sic sumptæ sunt notionis: ergo notionis admittit à tota Theologia debent. Vndè Patres omnes; bonæ scilicet Theologiæ Patres, quæsitis exquisitissime, ut vidimus, abstractis proprietatibus nominibus propriam nobis vniuscuiusque personæ, ut ab aliis distinctæ, notitiam inferebant. Respondent aduersarij sufficienter responderi Patrem à filio distingui, quia generat filium. Contra: quia, vel generat, sumitur abstractè, ut præcindit à generali, & habetur intentum: vel concrete, & sic deuoluit generantem, qui distinguitur, non autem puram rationem distinctiōis, quæ inquiritur, vt pater.

4. Arguo tandem: quia proprietates in concreto, seu complexè sumptæ, nequeunt ultra ternarium numerum multiplicari adhuc formaliter: atqui proprietates plures sunt, quam tres formaliter. Ergo non debent summi complexè, & in concreto, sed præcisè, & in abstracto. Maior probatur: quia in aduersariorum sententia de complexa acceptione formaliter cum personis (in quibus seorsim, ac singularim sumptis simplicissimus solum obiectiuus conceptus est) conuertuntur: ergo nequeunt esse plures proprietates, adhuc formaliter, quam personæ: sed personæ plures tribus nec sunt, nec esse possunt: ergo nec proprietates plures esse adhuc formaliter possunt. Minor suadetur: nam in vna patris persona est duplex & dimidia proprietate: nempe innascibilitas, & Paternitas, seu generatio, & in adæquata spiratio: in filio autem vna, & dimidia: nempe natiuitas, seu filiatio, & in adæquata spiratio: atque in Spiritu S. passiva spiratio, quæ sunt proprietates formales quinque in personis tribus formaliter. Vigetur: quia Pater, & filius, licet inter se differant, non tamen spiratione actiua, quæ ab Spiritu S. distinguuntur: ergo filiatio in filio diuersa formalitas est ab spiratione actiua: alioquin secundum idem formaliter distinguerentur, ac non distinguerentur inter se Pater, & filius, quod implicat.

5. Argumenta, quæ ex personarum simplicitate à Propositione petuntur probant, si formalem earum simplicitatem euincerent, quam minimè probant: quare non solutionem quidem merentur. Aliunde verò obiciunt aliqui. Sunt in Deo notionis: ergo de illis prædicari possunt, quæcumque de Deo: atqui hoc est falsum: falsum igitur est esse in Deo notionis. Subsumptum potest in his propositionibus: Paternitas intelligit, sapit, creat, quæ sunt falsæ; cum tamen verè de Deo sint. Item generatio, vel paternitas generat, quod verè de Deo dicitur. verum respondetur facillè negando primam consequentiam. Diuersitas enim in modo significandi satis est, vt de notione prædicari nequeat, quod de Deo, cui identificatur, potest verè prædicari, imò de persona, cuius notio est, vt benè S. Thom. q. 49. art. 1. Albert. q. 39. m. 2. art. 3. post med. Alex. q. 68. m. 5. art. 4. & 5. Ricard. in 1. d. 3. art. 3. q. 1. ad argum. & q. 2. corp. qua de re plura d. vit. vbi generales regulas enuntiandi in Trinitate assignabimus.



QVÆSTIO II.

An notio ab stricta proprietate differat.

DES hæc non nimis ardua de se est, nisi sua immensa eruditione. Ruiz minus veram opinionem munisset.

CERTAMEN I.

Omnis notio proprietatis formalissimè est.

Proprium, siue proprietas largius dici solet, quid quid alicuius est, & si sit etiam alterius. Sic vsurpatur proprietatis à Boet. de duab. natur. vers. med. Athanas. serm. 4. contra Arrian. col. 3. Dialog. 1. de Trinit. post med. Hilar. 12. de Trinit. col. 4. & lib. 9. med. Hormisdas Papa epist. aduersus Nestor. & Euthyc. cap. 2. post med. Anselm. epist. de process. Spiritus S. §. 3. sub init. Cyrill. Alex. 2. Thesau. cap. 1. vers. med. & apud S. Thom. opusc. 7. contra errores Græcor. cap. 6. Ricard. Victorin. 4. de Trinit. cap. 16. versus fin. Fundatur ea proprietatis acceptio in 16. Ioann. *Omnia quæcumque habet Pater mea sunt, & 2. Petri qui vocauit nos æterna sua gloria quo pacto cum essentialia propria sint, quæ notiones esse non possunt, latius proprietatis pater, quam notio. Strictè autem proprietatis dicitur, quæ ita alicuius est, vt non sit alterius?* de qua inquirimus an idem quod notio sit. Notare verò oportet illud alicuius, quod subiectum possessionis est, posse esse vnum singulare simplex, vel coniunctum ex pluribus. Dummodo enim ita coniuncto conueniat, vt nec singularibus seorsim sumptis, neque coniuncto, & singulari alteri vsquam competat, ita coniuncto illi conueniet, illiusque erit, vt nullius præterea sit, in quo proprietatis ratio consistit: sic propria, & proprietates oppidi cuiusvis bona nuncupantur.

2 Dico igitur primo: omnis notio formaliter proprietatis stricta est. Conclusio est contra Ruiz d. 67. lect. 5. n. 8. 16. & 17 vbi suam communem scholasticorum esse ait. Ego verò reor nullius esse posse, qui Patrum sensum intendat. Probo de notionibus, in quibus aliqua difficultatis species esse posset: nempe innascibilitate, & spiratione actiua. In primis enim innascibilitas ita est Patris, vt nequeat esse alterius: deinde spiratio actiua ita est Patris, & filij coniunctim, vt neutrius seorsim sit, neque alterius cuiusvis, siue coniuncti, siue singularis esse possit: ergo tam innascibilitas, quam spiratio actiua proprietatis stricta est: si vera sunt, vt sunt, quæ ipsis aduersariis annuentibus de proprietate strictè dicta docebamur n. 1. Antecedens, quoad innascibilitatem negari catholicè nequit. Quoad spirationem actiuam probatur est d. 4. q. 2. cert. 1. n. 4. & q. 3. cert. 2. n. 2. vbi contra Ruiz, & alios ostendimus potentiam spiratiuam, & spirationem actiuam essentialiter duplici personalitate Patris, & filij constare, quare in neutra persona seorsim inueniri eas, sed solum in vtriusque personæ coniuncto: ac proinde non esse vtrique personæ communes, sed coniuncti proprias id quod aduertisse debebant, ne à vero, tam apertè desciscerent.

3 Sed insurgit tamen multa, & accurata Patrum eruditione Ruiz vt ostendat apud eos tres solum proprietates, nempe paternitatem, filiationem, & spirationem passiuam strictè admitti: cum tamen notiones sint plures. Mazianz. orat. 25. ad Arrian. & de seipso Circa finem *vnam naturam in tribus proprietatibus* orat. 37. 5. de Theolog. longè ab init. *vnum est tria, si proprietatum rationem habeat.* vers. fin. *Tres proprietates vnam diuinitatem.* Basil. 2. contra Iulianum. longè à med. epist. 78. ad Eustachium t. 2. tractatu de vera pia fide longè à med. *Tria nomina seorsim singula suam patriam proprietatem apertè significant.* Consonat. Hilar. 12. de Trinit. Ricard. Victor. 4. de Trinit. cap. 17. sub init. *Absque dubio in Trinitate oportet tot. personales proprietates esse, quot sunt personæ.* Repetit cap. 18. & lib. 5. cap. 11. 13. 14. & 15. Verum hæc, & similia solum probant tres has proprietates, paternitatis, filiationis, processionis, seu spirationis passiuæ eis locis à Patribus solum memoratas esse; non autem innascibilitatem, & spirationem actiuam à ratione proprietatum fuisse ab illis exclusas, sed ommissas solum: quia nimirum ad personarum distinctionem contra hæreticos euincendam, quæ totum Patrum studium fuit fortius ex

illis proprietatibus in scriptura expressis certabant. Et quia in tribus illis, siue ex illis, duæ alæ innascibilitatis, & spirationis actiuæ proprietates facie emicabant.

4 Quid quod de innascibilitate proprietatem esse sæpè Patres asseruerunt Hilar. 4. de Trinit. col. 5. & longè à med. ac lib. 12. med. Athanas. q. 5. ex anonymis, siue de natura Dei, Nyssen. de dif. essent. & hyposthaf. sine. Nazianz. orat. 23. in laudem Heron. vers. fin. n. 32. orat. 29. de Dogmate & constitut. Episcoporum. circa med. Basil. epist. 43. ad Nyssen. circa fin. Theodoret. Dialog. 1. immutabilis col. 2. Anast. synait. 1. de re. etæ fidei dogmatibus vers. med. Concil. Toletan. 11. profess. fidei post med. quorum verba dedimus d. 9. q. 1. cert. 4. num. 6. Solum hic audi Damasc. 1. de fide longè à princip. ita loquentem: *Omnia, quæ habet Pater, filij sunt præter ignoscendæ proprietatem, & cap. 11. vers. finem. Pater non distedente ab ignoscibilitate, quia genuit, &c. Nam proprietatis manet immutabili.* De spiratione verò actiua numquam meminerunt, tum quia ea siue in actu primo, siue in secundo ex processione, siue spiratione passiuæ Spiritus S. facile infertur: tum quia plures ex Græcis an Patris solius esset, non filij, an vtriusque simul non ita exploratum habebant, tum demum, quia sufficienter ex spiratione passiuæ Spiritus S. distinctio intenta à Patre, & filio, à quibus est, ostendebatur. Nec refert potentiam spiratiuam, & spirationem communem esse Patri, & filio. quare neutrius proprietatem, dixi enim n. 1. exciata d. 4. neutrius seorsim esse, sed coniuncti ex vtroque solius.

CERTAMEN II.

Notionis, & proprietatis formalitatis rationis est, sed non eadem vtriusque.

Proprietas rationem formalem rationis non esse hi solum dicere possunt, qui vel realiter, vel ex natura res, vel virtualiter, independentem nimirum ab intellectu, personalitatem, ac proprietatem ab essentia, & natura distinctas existimant. Etenim proprietatis ratio distinctionem, constitutionemque personæ ex illa supponit, vt illa esse atque esse illius intelligatur: quæ, si solum per rationem sint, realis eius formalitatis esse non potest. Prædictis consentire refertur à Caiet. 1. p. q. 2. art. 2. & à Capreolo 1. d. 26. Aureolus in 1. d. 29. art. 1. §. sedente iste: quia ait Patrem concretiuè, & paternitatem abstractiuè à nobis apprehendi non sola consuetudine apprehendi sensibilia, sed quia rei natura exigit. Deinde, quia sic arguit. Vbi abstractum solo modo significandi differt à concreto, quidquid realiter dicitur de vno, dicitur etiam de alio, vt constat in Deo, & Deitate: ac non ita res habet in Patre & paternitate: ergo Pater, & paternitas non solo modo significandi differunt. Minor patet: quia paternitas se tota distinguit à filio; Pater autem non distinguitur se toto à filio.

2 Verum Capreolus, & Caiet. ea in re Aureolo imponunt de more. Primum enim, quod ex ipso referunt, solum probat agnosci ab illo fundamentum ad distinctionem rationis ratiocinatæ, quam inter personalitates, & proprietates, & essentiam solum admittit citato loco proposuit. 1. & d. 1. q. 1. d. 33. q. 1. & 3. Argumentum autem nihil vterius de eius mente probat. Negata enim distinctione ante intellectum proprietatis ab essentia verum habet, paternitatem, & patrem non solo modo significandi differunt, cum ex parte obiecti Pater aliam formalitatem supra formalitatem paternitatis includat, vt argumentum conuincit, cuius maior male negatur à Ruiz, & Caietano exemplo Deitatis, & Dei: quia de Deo dicitur generare, quod de Deitate non dicitur. Etenim abstractum Deitas à concreto Deus non differunt solo modo significandi, sed ex parte etiam obiecti, cum Deus personalitatem deuoluat. Secus Deitas. Certa igitur est Aureoli maior, vt constat in essentia, & ente substantiuè

substantiæ dicto, & similibus. Censet igitur rationem formalem proprietatis, & notionis rationis esse per omnes, qui personalitates ab essentia independentes ab intellectu non distinguunt.

3 Quod autem utriusque formalitas non eadem sit, sed diuersa. Scolastici omnes fatentur, Albert. 1. p. q. 30. m. 2. art. 1. Alex. q. 68. m. 2. S. Thom. q. 33. art. 3. (vbi Caiet. Canar. Valq. Molin. alique interpretes & in 1. d. 26. q. 2. art. 3. corp. S. Bonau. art. vnic. q. 4. Maior. 9. vnica vers. fin. Carchus. q. 4. Durand. q. 2. n. 7. Ricard. d. 27. art. 1. q. 1. d. 28. art. 1. q. 1. Ruiz vbi proximè. Probatur facile quia proprietates formaliter solum dicit personam in se singulariter constituere, atque ab aliis distinguere, notio vero addit insuper ordinem ad intellectum, qui ex illa personam, vnam ab alia discernere, ac dignoscere sua cognitione possit: qui ordo, licet rationem proprietatis supponat (idè enim apta formalitas illa est, vt per illam vna persona ab alia dignoscatur, quia proprietates ipsius est) diuersus tamen formaliter est à proprietatis ratione, quam in prædicato illo supponit.



QVÆSTIO III.

De numero notionum.



AM quousque diuinarum notionum numerus protrahendus sit examinandum est. Qua in re nulla ferè rerum inter Scholasticos potest esse dissensio: cum omnes conceptus cuique personæ proprios, siue proprietates enumeratas admittant. Sed verò, licet vocum controuersia sit, in re adeo graui, atque à nostro captu remota, quia communi loquendi modo, Patrum exemplo inducto, discendens cum hæreticis offendit iustitiam merito erit: quia aliter, quam communis sententia fert. de numero notionum opinatur. vti temeritatis, vel ferè notatur à Bannes 1. p. q. 32. art. 3. Canar. Valq. Molin. ad art. 4. à Ruiz d. 47. sect. 1. n. 13.

CERTAMEN I.

Quinarius notionum numerus statuitur.

1 IN numero notionum taxando per defectum peccauit Gabr. in 1. d. 28. q. vnic. art. 2. & 3. conclus. 2. & 3. innascibilitate relegata notionem quatuor solum admittens; nempe paternitatem, filiationem, spirationem passiuam, quæ à sanctis frequenter in notionibus, insignibus, ac notis distinctis personarum nominantur, atque insuper spirationem actiuam. Licet enim hæc Anselmi tempore, imò, & Magistri, non nominaretur, vt constat ex c. d. 16. 27. & 29. posthac verò summo consensu, & iure ab Scholasticis in notionibus numeratur: cum æquè ex spiratione passiuâ, actiuâ, atque ex filiatione paternitas inferatur. Secundò, licet patres principium spirationum non integrè explicauerint, sed quandoque filium tacuerint, quandoque Patrem per filium spirare dixerint; tamen ab utroque procedere sæpè docuerunt locis datis d. 2. q. 2. cert. 4. Tertio Synonymis vocibus spirationem actiuam, tanquam notam, & insigne Patris, & filij assignari à Patribus constat ex Athanas. Dialo. 1. de Trinit. contra Anomæum col. 3. Nulla, inquit, differentia neque in natura, neque in voluntate, sed in eo demum, aliqua quod gignere, & gigni, emittere, & procedere, siue emitti inter se differunt. Hac emittendi Spiritum S. voce vitur etiam q. 11. & 12. de natura Dei August. verò 5. de Trinit. à cap. 11. ad 15. æquiualentem voce donatoris, quem imitatus M. Gregor 3. Moral. cap. 11. alias 8. ait. Is qui per processionem producit, à proferentibus, non præiur.

2 Dicendum tamen est Patris innascibilitatem quintam esse notionem in diuinis. Est reliquorum Theologorum S. Bonau. in 1. d. 26. art. vnic. q. 4. Der. q. 2. n. 7. & S. Carthus. cum Alrifiodoren. q. 4. Ricard. art. 4. q. 2. & d. 28. art. 1. q. 1. vbi Capreol. Argentina d. 27. q. vnic. art. Aureol. d. 29. art. 2. circa fin. proposit. 2. Marfil. q. 29. art. 1. notabil. 8. Henric. 2. p. art. 35. q. 4. Albert. 1. p. q. 39. memb. 2. art. 1. partic. 1. ad 1. Alexand. q. 68. memb. 3. S. Thom. q. 32. art. 3. & 4. vbi Caiet. Banneo, Canar. Molin. Valent. Valquez d. 137. cæterique interpretes Soar. 5. de Trinit. cap. 10. Bellarmin. tom. 1. lib. 2. de Christo cap. 5. circa med. S. Denique, Zunniga d. 7. dub. 4. Granad. 1. p. tract. 7. d. 2. Ruiz d. 47. sect. 1. n. 2. Alarcon. d. 5. de Trinit. cap. 7. Martin. Perez d. 7. sect. vlt. Galpar. Hurtad. d. 5. de Trinit. dif. 6. ac Recentiores omnes in manuscriptis. Probatur facile, quia innascibilitas, siue esse à se notionaliter, & non ab alio est Patris strictè proprietatis, & nota, qua ab aliis personis, & distincta personæ dignosci possit: insuper, est insigne, seu nota Patris diuersa formaliter à reliquis notis ipsius in quocumque gradu, & statu consideratis: ergo est quinta notio diuina. Consequentia est legitima: solum igitur antecedens probandum nobis erit.

3 Prima igitur antecedentis pars perspicua est à Patribus recitata q. 2. cert. 1. n. 4. & d. 9. q. 1. cert. 4. n. 6. & q. 2. cert. 2. n. 4. & d. 10. q. 1. n. 2. fine, & deinceps. Solum addo Nyssen. de dif. essent. & Hisposthal. post med. in hæc verba. Precipium quoddam, & eximium insigne, notamque suæ hypostaseos solius habet quod Pater est, & quod ex nullâ causa subsistat: ac per hoc rursus ipse quoque signum propriè, peculiariterque cognoscitur. Neque eadem pars à ratione obscurior; siquidem innascibilitas solius Patris, & qua dignoscatur satis à personis reliquis. Secunda verò antecedentis pars facile suadetur: quia neque est, adhuc realiter filiatio, neque spiratio passiuâ, vt pater; neque actiuâ cum hæc Patris, & filij coniunctim sit; innascibilitas verò Patris seorsum sumpti, & solius à Paternitate autem generatione, & potentia generatiua, siue formalis siue radicalis formaliter distingui constat ex d. 10. q. 1. cert. 3. per totum. Ergo innascibilitas est nota, & proprietates personalis Patris distincta à quatuor reliquis notionibus: ac proinde quinta notio diuina.

4 Opponit Gabriel; qui concedit quinque notionem, concedit quinque res in diuinis, cum tamen non nisi tres res distinctæ admitti catholicè possint: ergo non sunt admittendæ notionem quinque. Contra: quia neque quatuor admittæ à Gabriele admittendæ erunt, si quid eius argumentum probat: sed nihil probat in vlla sententia. In mea enim vnum tantum ens, & res vna solum in Trinitate est, nempe essentia, cuius solius formaliter est esse, & ratione cuius formaliter reliquæ personales & attributales formalitates sunt, & res, & entia adiectiuè; in alia verò sententia tres tantum realiter inter se distinctæ admittuntur, licet non quinque solum, sed plures multo formaliter diuersæ catholicè admittantur: quæuis enim formalitas diuina essentia, attributi, personalitatis, & proprietatis personalis res, & ens est. Quia tamen tam essentia quam attributa, & personalia extra tres personas realiter non sunt, sed ipsis identificantur, tres solum res realiter distinctas constituunt.

5 Arguit Secundo. Innascibilitas negatiuum quid est: ergo non est dignitas, & perfectio diuina: ergo neque notio diuina, quæ dignitas, & perfectio esse debet. Negat meritò antecedens Valquez, si de innascibilitate in se sit sermo: quid enim positiuum est: licet nostro modo concipiendi negatione explicetur, vt loco proximè citato cert. 2. & 3. docuimus, eo tamen absolute admissio putat tenere argumentum ex negatione dignitatis, & perfectionis in innascibilitate, ad negationem notionis in eadem: quia notio esse non potest, quæ dignitas, & perfectio non sit. Ego verò, licet admissio antecedenti alias efformari argumentum posse iudicem, vt notionem innascibilitatis efficaciter impugnet: tamen, vt affirmabatur eo, & consequentia prima nihil præstare reor. Nego enim consequentiam secundam.

dam. Nihil enim personale, bonitas, & perfectio formaliter est, vt d. 7. q. 3. monstrabam, atque iterum d. 13. quare licet innascibilitas, positiua, & in se bonitas q. 4. cert. 1. & 2. fassè ostendam) & perfectio non fit, tamen notio Patris est.

6 Denique contra spirationem actiuam argues notionem non esse, quia notio, & proprietates, ita est vnus personæ, vt nequeat esse alterius. Id enim proprietates est, vt doctè Ioann. Theolog. sess. 18. Concilij Florent. S. diuina substantia. Proprietas communicabilis non est, aliàs proprietates non est & rursus. Proprietates communicabiles, non sunt. Ricard. 4. de Trinit. cap. 17. sub init. Proprietas autem personalis pro certo est incommunicabilis, Basil. 1. de fide cap. 11. vers. fin. Quomodo autem maneat proprietates mutata, aut coincidens: id est pluribus competens; atqui spiratio actiua communis est Patri, & filio: ergo non est proprietates, neque notio. Confirmatur magis in terminis obiectio. Quia Basil. epist. 43. ad Nyssen. circa med. sic habet de filio: Nullam prorsus notionum communicationem secundum proprietatem suam, tam cum Patre, quam cum Spiritu S. habet filius. & Nyssen. de different. & hypothesis. versus med. de filio etiam ait: Nullam quantum attinet ad propriam notam, & peculiare in se commune habet, vel cum Patre, vel cum Spiritu Sancto, ergo spiratio actiua filio communis cum Patre notio filij, imò neque Patris erit. Responderetur concessa maiori, quæ per se nota est, & Patrum autoritate perspicua negando minorem iuxta dicta q. 2. cert. 1. n. 2. vbi ostendimus spirationem actiuam nec Patri, nec filio seorsim conuenire, quare neque esse commune vtrique, sed coniuncto vtriusque personæ propriam. Vnde recitati Patres pro obiectio confirmatione conclusionem propugnant potius, quam oppugnent.

7 Sed instas, Proprietates, & notio nequit esse nisi singularis personæ: at spiratio actiua singularis personæ non est per nos, sed coniuncti: ergo notio, & proprietates non est. Maior probatur ex Theodoro Dialogo 1. immutabilis col. 2. vbi ait: Hypothalam, personam, & proprietatem idem significare dicimus, ea, que à sanctis Patribus sunt definita, sequentes. Eum autem persona de coniuncto duorum non fit, sed solum de singulari, neque notio, aut proprietates, quæ idem significat, de coniuncto, sed de singulari solum erit. Probatur secundo ex Ricardo 4. de Trinit. cap. 17. sub init. dicente: Proprietas personalis est, ex qua vnusquisque habet esse, is qui est. nempe singulariter: quare proprietates, & notio personæ singularis erit, non coniuncti, iuxta Ricardum. Responderetur tamen facile iuxta dicta q. 2. cert. 1. n. 3. Patres hos, & alios veteriores, à quibus doctrinam accepit Theodoretus, curasse, vt plurimum, de iis proprietatibus, & notionibus, ex quibus facilius contra hæreticos sui temporis Trinitas personarum demonstraretur ex scriptura. Eæ verò sunt, quæ nominibus Patris, & filij, & Spiritus S. in Euangelio memoratis clarent: hæ autem singularium personarum sunt, non coniuncti, licet ex spiratione passiuæ, actiua quoque inferatur, quæ non ita priorem coniuncti ex vtraque persona Patris, & filij propriam esse, definita firmiterque tradita, præcipue apud Græcos, fuit.

CERTAMEN II.

Notiones quinario numero minimè excedunt.

1 Per excessum oppositè Gabrieli in numero notionum assignando peccauit Scotus in 1. d. 28. q. 1. post 8. Ad argumenta huius questionis. Ad 3. sex notiones in diuinis inducens: addita nimirum numeratis quinque filij inspirabilitate ad innascibilitatis admittæ in Patris exemplum. Verum Scholastici omnes cert. 1. citati, quibus assentior, contra ipsum constanter asserunt: quinque tantum nec plures notiones admittendas esse

in diuinis; imò, & Gabriel argumenti Scoti metu, ne plures quinque notiones admitteret, intra quatuor videtur mihi cohibuisse notiones. Probatur ab absurdo contra Scotum ad hominem; quia non minus est ingenerabilis, seu ingenuus strictè Spiritus S. quam inspirabilis, seu inspiratus filius: ergo, si ratio inspirabilis constituitur per te sextam notionem in filio inspirabilitatis, ratio etiam ingenerabilis constituetur contra te septimam notionem ingenerabilitatis in Spiritu Sancto. Neque enim disparitas inter hæc, adhuc verò similis, hæcenus ab Scotistis inuenta fuit, neque, vt reor, deinceps inuenietur. Nam, si dicas impotentiam passiuam, vt spiretur filius duferum quid formaliter esse à potentia passiuæ ipsius, vt generetur: idem cogeres dicere de potentia passiuæ incapacitate, vt Spiritus S. generetur, diuersum quid ab inspirabilitate ipsius fore; quod si hoc renuas idem de inspirabilitate conuinceris: vnde vel inuitus sextam tuam notionem deferas necesse est.

2 Probatio autem conclusionis à priori erit solida ratio disparitatis ad Scoti argumentum, quæ hæcenus, me iudice, omnino explorata non est, & si in reddendis pluribus plus æquo fudatum ab Scholasticis fuerit. Prima sumitur ex S. Thoma 1. p. q. 32. art. 3. ad 4. quia notio, dignitas, & perfectio personæ, quam insignit esse debeat, quod non habet inspirabilitas filij, cum sit pura negatio. Duo falsa continent solutio. Alterum, quod notio dignitas, & perfectio fit contra ea quæ diximus cert. 1. n. 5. alterum quod filij inspirabilitas pura negatio in se formaliter fit, cuius oppositum ostendimus. Imò inde solidè probabitur conclusio, atque Scoti argumentum difficietur. Quod autem nostro modo concipiendi negatio sit, vel potius, vt negatio necessariò concipiatur, quominus notio fit obesse inspirabilitati filij magis, quam innascibilitati Patris, minimè potest, cum hæc etiam à nobis necessario, vt negatio cogitur.

3 Secunda probatio & solutio ad Scotum, cui plurimum, pro hoc, & aliis hac in re argumentis diluendis, fudit Ruiz d. 47. sect. 4. n. 1. & 6. desumitur ex S. Thom. & aliis. Sic habet. Quia cum distinctio personarum per relationes originis sit, notio, quæ persona ab alia dignosci possit, debet esse formalitas, quæ ad relationes originis dignoscendas infertur, quod non habet filij inspirabilitas. Contra primo: quia vt ostendi d. 9. q. 1. cert. 3. & 4. q. 2. personarum distinctio per origines, ac relationes non est. Contra secundo: quia licet origines, seu relationes distinctiua personarum præcipua, ac primaria personarum sint, proprietates reliquæ notiones essentia quæ, licet non primario constituant, & distinguant vnam personam ab alia, tamen apta, sunt, vt per illas eiusmodi persona ab aliis distincta dignoscatur, vt patet. Sicut homo ab equo dignoscitur, per visibilitatem: id autem solum requiritur ad motionem. Contra tertio: quia conceptus innascibilitatis omnino absolutus est, & disparatè se habet formaliter ad relationes, origines, imò & fecunditatem Patris, vt multis euicimus d. 10. q. 1. cert. 2. & præcipue 3. nihilque proinde inuatur ad dignoscendas relationes, & origines: & tamen notio est per hocce. Ergo nulla ratio, & solutio est.

4 Igitur, reliquis aliorum rationibus omissis, duas solidas, ni fallor, ad conclusionem communem subiectionis. Prima est: Nulla formalitas diuina pluribus communis potest esse notio; vt ex Patribus, & ratione ipsa perspicuum fecimus: atqui inspirabilitas communis est Patri, & filio, atque ingenerabilitas stricta communis est Spiritui Sancto, & Patri: ergo neutra est notio. Minor patet: Quia pater æquè incapax, & ineptus est, vt spiretur atque filius: æquè item ineptus est, vt generetur atque Spiritus S. Confirmatur: quia audito nomine inspirabilis, præcisè, nemo cordatus intelliget personam filij, vel audito nomine ingenerabilis strictè personam Spiritus Sancti; quod fecus euenit in innascibilitate Patris, seu in processibilitate, quæ solius Patris est: quare, & ea cognita Patris persona ab aliis dignoscitur.

noscitur. Dices solum filium procedere inspirabiliter, & Spiritum ingenerabiliter, & hoc modo esse notiones. Bene ergo ingenerabilitas, & inspirabilitas sine addito processionis notionem est: ac cum illo ingenerabilis Spiritus sanctus processio est spirabilis; & inspirabilis processio filij est generalibilitas, seu generatio: quæ in quinque notionibus continentur: ergo non constituunt sextam, vel septimam notionem supra quinque.

5. Ratio secunda conclusionis esto: quia, licet geniti inspirabilitas, & Spiritus sancti ingenerabilitas nostro concipiendi modo negationes sint apertitudinis in altero, vt spiratur, in altero verò, vt generatur: at re ipsa, & formaliter, vt in altero altera est positium quid est, neque formaliter intrinsecè, & in se diuersum à positua aptitudine, vt filius generetur, & Spiritus sanctus spiratur. Sicut species, & differentia oppositæ, licet non esse quod est opposita verè dicantur (vt homo verè est, & dicitur, non equus, & rationale non hinibile) ac proinde negatione speciei, vel differentia oppositæ à nobis concipiuntur, & explicentur, tamen, neque negationem suis posituis conceptibus superadditam habent: cum identitas vtriusque oppositi impossibilis sit, ac seipsa à rerum natura remota ex sola veritate, & reali formalitate speciei, seu differentia cuiusvis: quare sine alia etiam formalitate superaddita seipso rationale formaliter non est hinibile, seu est non hinibile. Sic ergo generalibilitas, & generatio filij seipso formaliter est inspirabilitas & non, spiratio; atque spiratio passiuæ Spiritus sancti est ingenerabilitas, ac non generatio: quare, & eadem in hoc notio cum spiratione, & in filio cum generatione. At innascibilitas diuersa formalitas est à potentia generatiua, generatione, & paternitate, vt citata d. 10. q. 1. cert. 2. & 3. monstrabamus.

CERTAMEN III.

Contra conclusionem ultimam objectiones reliqua, neque omnes leues soluit.

1. Dices: In diuinis est prædicatum procedendi, seu processionis distinctum formaliter, vt superioribus ab inferioribus ab specialibus processionibus diuinis: ergo constituet notionem vt aiebat Basil. epist. 43. ad Nyssen. circa med. his verbis: *Cause Patris inferiam habet, Spiritus, essentiam vnde progreditur. Hanc notionem, & cognoscibile signum, eius, quæ secundum hypostasim est, proprietatis habet, quo cum filio simul, & ipse facit internosci.* Sed tamen notio hic largè à Basil. vsurpatur, & explicuit ipse, cum non dicat dignosci vnã personam ab alijs; sed simul cum alia internosci; quia est prædicatum vtrique commune cum quo non fiat proprietatem, & notionem alterius esse posse, vt patet. Rursus dices: in Spiritu S. est formalitas improductiui ad intra, sicut in Patre improductibilis formalitas, seu innascibilitas est: ergo, sicut hæc quintam, ita & illa sextam notionem constituet in diuinis. Plura hic impugnatu facilia responderi possent, eis solutionibus, quæ supra impugnatæ sunt similia. Solidius respondeo prædicatum improductiui ad intra Spiritus sancti ex parte rei, seu formalitatis obiectæ esse idem formaliter, quod spiratio passiuæ per voluntatem, ac proinde rationem ab ea diuersam non constituere; quod secus habet in Patris innascibilitate, quæ diuersa formaliter est à reliquis personalibus formalitatibus ipsius, vt sæpe diximus.

R. P. Christoph de Ortega, de Deo vno & Trino.

2. Obiicies tertio. In Patre est formalis proprietatis personalis loquutoris, fontis, ac primi principij Trinitatis: in filio ratio personalis etiam verbi, imaginis, ac secundæ personæ: In Spiritu S. ratio personalis domini, amoris producti immediatè à duobus, quod in proprijs Spiritus S. numerant August. serm. 38. de temp. Insuper mediatè à Patre etiam per filium procedere, quod, vt nota, & insigne Spiritus sancti ponitur à Nyssen lib. de different. essent. & hypostas. ver. med. Nulla verò harum formalitatum, vel ferè nulla, est ratio Paternitatis, innascibilitatis, filiationis aut Spirationis actiue, vel passiuæ in actu primo, vel secundo: ergo multò plures quinque notiones constituentur in diuinis. Pro solutione obserua ferè ex ea variè nihil quod pars, vel quasi pars notionalis proprietatis sit, vel complexum ex notionalibus proprietatibus notionem diuersam constituere. Si enim pars, vel quasi, notionalis sit reductiue solum ad notiones, & indirectè spectat: si complexum ex notionibus diuersæ notio non est, sed plurium notionum aggregatum. In enumeratis autem non est, quod, aliqua notio ex quinque numeratis non sit, vel eius quasi pars ipsi implexa, vel complexum ex aliquibus notionibus ex quinque. Vnde nullam quinario numero addit. Sic ea percurrendo offendit. Loqui Patris idem est, quod dicere, & generare: & ratio Verbi atque imaginis idem quod generari, & si aliquid addit implexum generationi actiue, vel passiuæ, atque in præcindibile est: vnde quasi pars earum est: Ratio amoris domini, spiratio vtroque, & insuper mediatè à Patre diuersum à processione passiuæ Spiritus per voluntatem similiter non est. Ratio denique fontis, & principij Trinitatis complexa est ex innascibilitatis, & fecunditatis paternæ rationibus.

3. Opponis denique quarto. Diuersa adæquatè formalitas est in parte potentia generatiua à generatione, atque in eo, & filio potentia spiratiua ab spiratione. Insuper relationes spiratoris, & Paternitatis in vulgari sententia de relationibus realibus superadditis diuersæ ex æquo à prædictis formalitates sunt: quod ipsum dictum pura de potentijs actibus, & relationibus passiujs personarum procedentium: vnde terdecim notiones deducet. Respondet Canar. ex quo Ruiz. citata lect. 4. n. 20. processionem esse viam ad notiones in facta esse: quare, & notiones solum in fieri, & reductiue. Contra quia processionem viam sunt solum ad personas productas non ad notiones, aut ad producentes personas, quas supponunt. Contra secundo quia origenes principaliter personarum distinctionem euincunt, easque dignosci faciunt, siquidem conceptus relationis nisi ratione oppositionis producentis, & producti non multiplicat, nec distinguit personas, vt patet in Patre, & filio, in quibus, duobus triplex relatio est quia neuter est terminus spirationis. Contra denique tertio: quia potentia spiratiua non est via, seu notio in fieri, sed in facta esse, vt pater; ergo saltem erunt notiones septem.

4. Respondere possit Ruiz iuxta suam doctrinam d. 53. sect. 5. & aliorum potentiam notionalis ab actu, & relatione solum differre secundum implicitum, & explicitum, sicut de innascibilitate philosophantur, ac proinde diuersas à patern. vel spiratore etiam notiones non esse. Contra: quia (vt cum horum sententia de relationibus superadditis, intrinsecèque affixis fundamento loquar) potentia generatiua dicitur esse patern. non sub expresso conceptu, sed implicito paternitatis realiter, loquendo: quia vterque conceptus re ipsa in Patre identificatur: non autem formaliter loquendo, vt hic loquimur. Etenim formaliter loquendo simplex formalitas nequit clariùs, vel obscurius, siue expressius, vel confusius concipi ex parte obiecti, sed solum ex parte modi cognoscendi ex maiori, vel minori intentione cognitionis, qua præsentatur, vel, quia instar rei magis similis: & affinis cogitatio informatur: quia ratione diuersæ voces aliæ alijs idem obiectum significantijs exprimunt, D d quorum

quorum neutrum in potentia notionali, & relatione paternitatis secundum se contingit, imò neque inueniri potest. Deinde innascibilitas solutione hac notionem quintam non constitueret: cum per hos solum secundum impliciter, & expliciter à paternitate differat.

Profundius ergo respondentem vidi Magistrum meum Patrem Didacum Daza, scilicet: notionem diuersas non solum requirere diuersas formalitates personales, sed quæ sint lineæ diuersæ, nec inter se formaliter coordinata. Si enim eiusdem lineæ sint, atque ipse se coordinatæ eadem ratio in eis est distinguendi & dignoscendi personas magis, vel minus in ea linea proiectas in potentia nimirum, siue actu primo, in via siue in actu secundo, in statu, siue termino. Si enim incompossibilitas principij productiui, & termini producenti superari posset, neque processio, neque relatio personam vnã ab alia diuersam monstraret: licet ergo diuersæ formalitates sint, non autem diuersæ rationes distinguendi personas; & dignoscendi vnã ab alia: quæ neque diuersæ notiones. Accedit: quod præfata omnia ita necessario inter se cohærent, vt ex vnoquoque teneantur reliqua in eadem persona v. g. generatio ex paternitate, & ex potentia generatiua necessaria: quare nequit aliquo ex his dignosci Pater, quin, & alius duobus dignoscatur: ac prouide eadem notio Patris sunt, non diuersæ & sic de reliquis coordinatis eiusdem lineæ. Quod secus euenit in non coordinatis, eadem lineæ vt innascibilitate, & spiratione actiua, vt pater.



DISPUTATIO XII.

De personarum comparatione quoad intrinseca.



PORTET iam post intrinsecam personarum constitutionem, atque proprietatum notionumque cuique intrinsecarum examinare eas secundum intrinseca comparare: dicereque quomodo vnæqueque de alteram habeat; & de aliquibus comparationibus dictum hactenus est. Restant nunc examinandæ habitudines personarum ad se. Prima circuminfectionis: secunda æqualitatis quoad communia: tertia æqualitatis quoad personalia: quarta de relationibus æqualitatis, & similitudinis diuinæ: quinta de amore, & intelligentia personarum per verbum & Spiritum Sanctum: Sexta de prioritate producentium respectu procedentium personarum.



QUESTIO I.

De personarum circuminfectione.

PERSONARVM circuminfectio est in existentia vnus personæ in altera de qua an, quidvè sit examinandum est.

CERTAMEN I.

Circuminfectio diuinarum personarum, siue vnus in aliis inexistentiã statuitur.

SVI in infectionem, siue in existentiam in Patre, ac Patri in ipso expressè Christus Dominus illis verbis Ioann. 10. Ego in Patre, & Pater in me est, quæ repetit cap. 14. atque aliis c. 3. Deus clarificauit eum in semetipso, ad quæ Hilar. In se inesse demonstrat, Pater, cum eum glorificat in se, ita 9. de Trinit. post med. Ioann. item 1. Et verbum erat apud Deum, Vnde idem deducunt Athan. Cyril. Nyssen. Naz. Clem. Alex. Origen. August. Prosper. & alij apud Ruiz d. 48. sect. 1. & d. 107. sect. 2. Quardò in super 2. ad Colof. de Christo dicitur: in quo inhabitat plenitudo diuinitatis. Ex quo idem probans Athanas. de vniuersa substantia deitatis circa finem. Hilar. 8. de Trinit. col. vt. & lib. 9. sub init. Naz. orat. 49. quæ est de fide post med. id ipsum probat Ambros. ex 2. cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, in eius loci commentario, atque ex Ecclef. 24. Qui creauit ne requiescit in tabernaculo meo. Euaristus Papa. epist. 1. ad omnes Episcopos Hispan. Athanas. Epist. ad Serapion. ego quidem siue compend. de fide circa med. Hilar. 4. de Trinit. longè post med. atque ex illo Deuteronom. 32. Et non sit Deus præter me. 5. de Trinit. col. penult. Hieron. col. 3. in Isaiam ad illud Isai 45. Tantum in se est Deus, & non est Deus absque te. Epiphani. hæresi 76. col. 6. ex illo Isai 26. Sperastis in Domino in seculis æternis, in Domino Dominus fortis in perpetuum, Vbi Aquila ex Græco, & Hebræo: Confidite in Domino vsque in seculum, quia in Domino Dominus, qui firmavit secula. Nyssen. orat. de Deitate filij, & Spiritus Sancti: Totus Pater in toto filio est, & totus filius in toto Patre, Quæ & habent Basil. epist. 43. ad Nyssen. August. 6. de Trinit. cap. 10. fin. Anselmus cap. 57. Monolog. Fulgent. 3. ad Monim. cap. 7. med. de fide ad Petr. cap. 1. ad q. 3. ferrandi circa med. Cyril. Alex. 1. thesu. cap. 6. 7. & 8. ac lib. 8. cap. 1. col. 2. & 3. de Hilar. 3. de Trinit. col. 2. lib. 4. circa fin. lib. 5. col. penult. lib. 6. circa med. sapiusque lib. 7. Ambros. ex quo Ecclesia tota in laudem feræ 2. In Patre totus filius, & totus in verbo Pater.

De inexistentiã verò, & in infectione Spiritus Sancti in Patre, & filio, & horum in illo, non tam multa extant, neque tam aperta testimonia. Solum enim est illud 1. Cor. 2. Quæ sunt hominis nemo nouit nisi Spiritus hominis, qui in ipso est: ita quæ sunt Dei nemo nouit nisi Spiritus Dei, nimirum qui in ipso est. Ad vim argumenti à paritate: vt notat Athanas. 5. de vniuersa substantia Deit. circa fin. & epist. ad Serap. Pater sum. Adde ex Patribus Naz. orat. 50. de fide Nicæna. Athanas. epist. longiori ad Serap. ante med. Thaumaturg. in regula cælesti fidei apud Nyssen. in eius vita. Nyssen. ipsum orat. Cathæc. cap. 2. Cyril. Alex. in 12. Prophetas ad 2. Ioel versu 34. Cyril. Hierof. catech. 17. sub init. Ambros. 1. de Spiritu, s. cap. 50. & lib. 3. cap. 41. damasc. 1. de fide cap. 10. vbi Spiritum S. inseparabilem, & indigestibilem à Patre, & filio appellat. Et sanè eadem est ratio inexistendi Spiritum in duobus, & horum in ipso, atque Patrem in filio, vel frætrum in Patre, in quocumque in infectione vnus personæ, atque in existentia in alia, iuxta varias opiniones, collocatur: idcirco mutuum trium personarum in infectionem tradunt Patres Fulgent. de fide ad Petr. cap. 1. Totus Pater in filio, & Spiritus S. totus filius in Patre, & Spiritus Sanctus est: totus Spiritus Sanctus in Patre, & filio. Dionys. post init. circuminfectionem definit: Aliarum,